

storum est Indicum in hoc magisterio, et postea Aranici. Et sulfur efficitur in locis multis calidis, et fontibus, et valet multis infirmitatibus, et quando miscetur cum auro viuo, et mittunt super ignem, efficitur rubei coloris, et illud quod dicunt sulfur rubeum non est verum: quia sulfur rubeum non est in mundo, quia sub terra est, et nemo potest habere: ideo philosophi dicunt, lapidem suum sulfur rubeum. Et sunt qui vendunt in loco sulfuris rubei illud quod miscetur cum argento viuo, et mitte eum ad ignem, et si accenditur bonum est: si autem de illo quod miscetur cum argento viuo, quia argentum viuo tantum ei confert humiditatem, quod non potest accendi.

*De auripigmento, et eius utilitatibus et natura.*

*Cap. XVII.*

Dixit Abuali Abincine, Tractabo in hoc capitulo de auripigmento. Auripigmentum est in multis modis: unum quod venit de Sicilia, et est aliud quod venit de Xeduna, et aliud quod venit de Albozani, et melius est quod venit de Alburchen de Sicilia, & est aurei coloris per partes minutas, quando aperis ita lucidissimum est quod vix potest cerni, & est de colore auri obrizi. Natura eius nimium calida & sicca: quia cremat. Ideo ubi audis dicere, mitte de auripigmento dico de igne, & non de alio. Et